





1793, 24.

DE CAVTIONE  
IN  
TRACTANDO IVRE NATVRAE  
NOSTRA IN PRIMIS AETATE  
MAXIME NECESSARIA.

---

ORATIONI  
AVSPICANDI MVNERIS  
CAVSA

A. D. VII. AUG. CI<sup>o</sup>I<sup>o</sup>CCLXXXIII.

H. L. Q. C.

HABENDAE PRAEMISIT  
CAROLVS GOTTL<sup>O</sup>B ROESSIG

TUR. UTR. ET PHIL. D. IVRIS NATVRAE ET GFNT. PROF. PVBL. ORD. DES. PHILOS.  
P. P. E. SOCIET. HASSO-HOMB. BAV. BVRGHVS. HOLM. SVEC. FRFVRT.  
MOIVNT. SOC. OECON. LIPS. ET APIARIAE LVS. MEMBRVM HONOR.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

DE GYATIOM

KI.

GYATIOM

GYATIOM IN PRIMIS VESTIBUS

GYATIOM IN TERRITORIA

GYATIOM

GYATIOM IN MUNIBUS

12745

HISTORIC

HISTORIC

HISTORIC LIBRARIES

CATHOPAE GOTTLIEB ROSENBERG

HISTORIC LIBRARIES

HISTORIC LIBRARIES

da scimus unde omni huius dilectionis dum solido inservit. Quia ergo  
venerabimur a deo et a sanctis in deum et in sanctos. Et quia  
deus non potest non benevolenter vobis agere. Et quia  
non potest non benevolenter agere nisi in utero pueris. Et quia non potest non  
impinguare nisi in utero pueris. Et quia non potest non benevolenter agere nisi in  
utero pueris. Et quia non potest non benevolenter agere nisi in utero pueris. Et quia non potest non  
benevolenter agere nisi in utero pueris. Et quia non potest non benevolenter agere nisi in  
utero pueris. Et quia non potest non benevolenter agere nisi in utero pueris.

§. 1.

**N**ulla virgini aetate magis necessaria fuit cautio in Iure naturae tra-  
ctando, quam nostra, qua licet de ingenii et doctrinae cultu et de sub-  
tilitate in iudicando gloriarunt, tamen saepius erubesceret, si veritatis iudi-  
cium strenuum subiret. Comparari sane cum illa Pliniana potest aetate  
in arte veteri, qua artifices in elaborandis capillis et unguibus aliisque minu-  
tissimis omnem operam impendentes, rationes totius formae super his minutis  
negligere paulatim cooperunt.

Qua quidem cogitandi et sentiendi ratione tantum abest ut omni modo vere  
ditentur discipline, vt potius multis augeantur minutissimis, opinionibus praecon-  
cepitis et sententiis saepius nulla alia re, nisi nouitate, commendatis.

Ne vero nimis a proposito recedam statim ad inquirendas illas Cautiones  
propius accedo<sup>1)</sup>. Continentur illae quidem.

A 2

I. In

1) Nondum satis tractarunt hoc argu-  
mentum Iuris naturae Doctores. Quae-  
dam tamen monuit V. Clar. Heydenreich  
*in seinen Originalideen über die Kanti-  
sche Philosophie p. 105.*

*1. In omittendo abuso principiorum Iuris naturae veritate suffulorum.*

*2. In vitandis erroribus.*

§. 2.

Iam vero revocare licet abusus sub veritatis iudicium. Iure naturae abutimur: 1) *Dum in iudicandis civium actionibus in civitate ex solo Iure naturae statim rationes petimus, neglecta, quam diu sufficit, lege civili.* Quod quidem licet non facile accidat, quam diu ius ciuile expressis disponit verbis, nisi forsan odio quodam aut ignorantia Iuris civilis; tamen saepius sit in iis causis in quibus lex ciuilis non quidem verbis expressis omnes illarum definit rationes, licet ex ratione legis ciuilis dubia componi facile possint, quoniam sub illius ratione comprehenduntur.

Equidem minime ita sentio ob seruilem legis ciuilis affectionem; rerum potius ciuilium inter se nexus, qui plerunque arcifissimus et maxime complicatus est, hanc postulare decisionem, adeo, vt in rebus agendis graviora ex huius neglectu oriuntur, incommoda. Inde etiam sit ut saepius leges quas in his causis ex Iure naturae repetunt, agendis rebus parum convenient, quoniam rationes ciuilis nimis neglectae sunt, partim ex odio, partim ob defectum interioris Iuris ciuilis cognitionis. Accedit et alia ratio: Ius scilicet, si statim ad naturalem Iurisprudentiam in statu ciiali, neglegit, quam diu sufficit, Iure ciuali revertimus, propter opinionum diversitatem fieri incertissimum, cum iam saepius legibus ipsis loquentibus ciuibus laborat incertitudine.

§. 3.

Iure naturae II) abutimur: *dum omnia ad Iuris naturae referre studemus, nec quidquam probamus, nisi quod a naturali Iurisprudentia proficiatur.* Sunt enim multa, quae status naturalis et Ius naturae ignorat, quae tamen mediis sunt ad persequendos Dei cum hominibus fines saluberrima ac optima, quae Deus permisit homini ratione praedito vt ulterius definiat. Quis queaso haec ideo rejecerit instituta, quod statui naturali sunt incognita? Sunt in his rebus multa, quae prudenter ciuilis introduxit instituta quae plane ignorat Ius et status naturae. Saepius etiam sit, vt lege ciuali aliquid ad sensum communem magis

magis accommodatum et ad intelligendum facilius, definitur. Accedit, quod institutis civilibus saepius pro rerum conditione fines Dei alia, ac ius naturae praescribit, via, consequi possumus civitati atque illius finibus Deo haud displeasantibus magis conueniente.

Quod quidem occurrit in omni fere de securitate publica ratione et instituto. Sane longe plura perderet cuius concessa libertate naturali, quam rationibus ac institutis civilibus, quibus plura saepe Iura libertatis naturalis magnis firmantur, imperfecta in perfecta saepe transmutantur, adeo, ut Malebranctius aut Montagnius scite affirmet; *libertatem naturalem non existere, nisi per libertatem civilem*. Alia exempla in limitando dominio et persequendo in civitate iure nostro comprehendimus. Oritur ex hisce institutis civilibus mores civium spectantibus, illa morum civilium disciplina (*Bürgerliche Moral*)<sup>2)</sup> quae hodie sub praeconceptuarum opinionum specie adeo negligitur, malo reipublicae omne.

#### §. 4.

Abutimur III) Iure naturae interdum in eo, *quod institutum in ciuitate quod Iuris naturalis notio aut propositioni contrarium est, plane reuinatur, tanquam iniustum*. Forsan impium videtur id quibulfam. Ius naturae, inquit, a Deo proficisciatur; Tunc credis Legislatorem hominem Deo esse sapientiorem? Absit illa a me impietas. Nolo enim commemorare, non omnem Iuris naturalis systematici propositionem esse Dei legem, sed saepius auctoris huius systematis singularem opinionem. Id potius virgo: Fieri interdum, vt enunciatio quedam Iuris naturae vera, cedere debet instituto ciuili contrario in ciuitate, quoniam pro rerum conditione longe certius ac celerius in ciuitate, et maiori cum utilitate fines Dei obtineri possunt cum hominibus ratione conservationis vitaque magis commodae ac felicioris; quis quæsto tunc impium dixerit, institutum ciuale contrarium Iuris naturalis propositioni anteponere posteriori?

#### A 3

#### §. 5.

2) Vid. *Versuch über das Volk*. Berlin 1786. D. L. G. ROESSIG Lehrbuch der Policy. p. 132-143 et 193.

## §. 5.

Abutuntur IV) Iure naturae qui affirmant: *Hominem ciuitatem ingredientem omnia Iuris naturae Iura retinere debere.* Iam quidem ex anteriori disquisitione id refutatur; praeterea vero notandum est, Iura et obligations iuris naturae media tantum esse ad fines Dei cum hominibus et genere hominum, quae si aliis mediis pro rerum conditione efficacioribus obtineri possunt, sane nulla adest ratio, quae impedit, quo minus haec media, illis, salua erga Deum pietate anteponantur. Excipienda sunt ea tantum Iura et obligations quae commutari cum aliis, saluis Dei finibus, haud possunt. Inde sit, ut ad defensionem vitae etiam in ciuitate ciuius obligetur, si Ciuitas ipsum defendere haud potest, ut ciuitati neque in religionem internam neque in cogitationes imperium competere possit.

## §. 6.

Absit a nobis V) Iuris naturae abusus in eo, quod in criminum ac delictorum poenis constitueris statim ad Ius naturae recurramus. Quod quidem etiam si, meo quidem Iudicio requiritur, in Iure vitae et necis quoniam certus sum vix alia villa ratione id ex principiis rationibus defendi <sup>3)</sup> posse, nisi quantum ex legibus Iuris naturae vitam suam defendendi alterius etiam internectione et ex Iure talionis deducatur, at hoc excepto, ex principio Iuris naturae solummodo elicere Iuris Criminalis in ciuitate regulas haud probauerim. Evidem concedo rationes naturales inter delicta criminaque et poenas turbari haud debere, at enim vero haec rationes ex delictorum et criminum natura et ratione illorum ad securitatem publicam siveque reipublicae singularem rationi convenienter petendae sunt; excepto eo calu, quo fines Dei reipublicae rationibus vere turbantur, v. c. dum hominis vita ob levia quelibet periclitatur. Sane, qui in Iure criminali ubique urgent ad ius naturae recurrentum esse, illi in errorem infra notandum incurunt, quo Philosophia de Iure, miscetur cum Iure naturae ipso, quae tamē longe differunt. Quodsi enim naturam delicti et criminis inquirimus, et ex ea poenarum eruere rationes studemus, philosophamur de Iure criminum ac delictorum atque poenarum, quae summa est laus in Iure-consulto et ornamentum.

3) Dissert. mea de Iure vitae et necis ex rationibus Iuris publici vniuersalis 1774. 4.

mentum. At longe differt hoc ab eo quo ex Iure naturae principiis poenas constitutere studeo. Quaedam praeterea delicta vix nisi in civitate fieri possunt, alia naturam plane, aut saltem ex parte mutant in civitate, et augentur ex civitatis rationibus. Inde v. c. efficitur, ut lachiones fidei publicae in re publica commercii studente grauius necessario, quam in civitate agraria, puniantur. Quin possem interdum iuris naturae rigorem persecuturus, nimis strenuus esse in civitate Iudex, cum in ea alia adsunt media leniora simulque magis efficacia, quibus eget homo in statu naturali.

### §. 7.

Caveas VII) ne ad Ius naturae actiones referas quae ad illud natura sua non pertinent, sed ad aliam potius de moribus disciplinam. Abutuntur itaque Iure naturae qui Polygyniam ex Iure naturae principiis defendere student, quae plane ad Ius naturae non pertinet nisi unico casu, si quis pacto coniubiali laeso aliam induceret coniugi' nolenti vxorem, is enim laecderet, at reliquae de Polygamia quaestiones ad Ethicam et Theologiam moralem practicam, quae dicunt, pertinent, quae multis ex rationibus eam prohibent.

### §. 8.

Abstineamus VII) etiam ab illo Iurisprudentiae naturalis abusio qui in primis nostra acetate frequentissimus est: quod multi aequalitatem naturalen student inferre in universum in civitatem. Quod enim dicitur natura omnes esse aequales, id in ipso statu naturali tantum valet de Iuribus ad sui ipsius conseruationem spectantibus absolutam, et ad ea, quae imperio hominis subiecti natura sua haud possunt<sup>4)</sup>. At longissime a veritate abeit, qui affirmet, aequalitatem in statu naturali in omnibus rebus locum habere, etenim in corporis viribus, in facultatibus animi, in rebus labore et opera partis multum intercedit inaequalitatis. Industrius enim longe maiorem fibi copiam compa-

4) Disputatio de hominum aequalitate ac iuribus officiisque quae inde oriuntur ad rei Tayloriana moderatores missa 1791. Auct. CHR. HEINR. CONST. CRAS I. V. D. etiam Amstel. Athenaco Iuris nat. et Gentium Prof. 1792. praemio ornata.

comparabit quam ignarus. Sin vero ad societatem accedis, in quacunque derogatur aequalitati, quod ad finem necesse est, quem sibi proposuit, cuius obtinendi causa, omnes quantum requiritur minui patiuntur libertatem, eo magis requiritur id in ciuitate.

## §. 9.

Absit autem a me dum hos Iuris naturae abusus notaui, auctoritat<sup>i</sup> Iuris naturae et utilitati aliquid detrahere in iis causis, vbi locum habere potest et vere habet. Quae quidem causae, rationibus illis, quas regulis de abuso addidi, cum satis definitur, illas vterius illustrare haud opus est, et longe transgrederer hujus scriptiunculae fines, hoc argumentum vterius persecuturus; necesse enim esset ut in singulis causis et auctoritat<sup>i</sup> et utilitatem Iurisprudentiae diuinae illustrarem de qua nemo dubitat<sup>5).</sup>

## §. 10.

Altera libelli pars versatur in cautione illa quae monet errores evitare. Excurrere quidem in vniuersum errorum campum breui huic non licet Scriptiunculae; praecipuos tantum quosdam seculo nostro proprios notabimus.

## §. 11.

Multos a veris Iuris naturae finibus avocat erronea ista Sententia: *philosophari de Iure in uniuersum et in primis de Iure ciuili* f. positivo, quod dicunt, *idem esse, ac Iuris naturae principia constitvere, et euoluere*, quod tamen longissime differt<sup>6).</sup> Praefat quidem omnino et ingenii haud vulgaris est, de Iure philosophari; at hac de iure positivo philosophia abutit in eo, vt idem esse credas ac principia Iuris naturalis definire, id plane erro- neum

<sup>5)</sup> v. I. A. H. Ulrich V. clar. Initia philosophiae Iusti p. 17. D. HVFELAND V. Conf. Lehrsatze des Naturrechts p. 12. seqq.

<sup>6)</sup> Quaedam, at ex alia ratione, mo- nus v. Conf. HVFELAND in Versuch über den Grundsat<sup>z</sup> des Naturrechts p. 201.

neum est. Ea enim rationes Iurisprudentiae naturalis fines tam late pro trahuntur, vt omnis de iure positivo philosophia, Iurisprudentia naturalis applicata nec non prudentia legum ferendarum misceantur, atque iisdem coactentur finibus. Incidit in hunc errorem in primis Wolfius et quidam illius aesciae, qui Ius feudale naturale, Cambiale naturale et sic alia excoitarunt, in quo nihil aliud egerunt, nisi philosophati sunt de his negotiis. Plures alios ejusmodi errores commemorant Scriptores de Iuris naturae finibus<sup>7)</sup>.

### §. 12.

Absit a Iuris naturae Doctore: *Speculando illudere veritati eoque vera Iuris naturae principia turbare et infringere.* Posunt enim notiones variis jungi et discerni rationibus, adeo, vt eandem causam possit ad multas et plane diuersas rationes, referre ac proponere, omnibus veris atque vnicis. Nescio enim an villa res sit, quae fallaciis argutissime non possit ad plures rationes reuocari. Quo sit, vt quae luc vlique fine villa dubitatione vera sunt, videantur aliqua ex parte erroneae et praeconceptae opiniones multis, qui non sat accurate inquirunt. Hunc errorem in primis recentiores quidam committunt, qui minutias saepe et argutias venantur, partim nouitatis, partim vanae gloriae studio, interdum et animi peruerstitate, et, quod in primis monendum, hi vbiique noua acclamant inuenta. Huc refero Painium et Condorcetum aliosque Gallorum et qui hisce strenue adhaerent scriptores. Quae *Painium* noua praedicta iam *Sieyer* cum nouitatis commendatione proposita, et hic repetit tantum quod Hobbesius laudauit. Rouffasius odio hominum a quibus tot tantas molestias pafus est, multa plane peruersa diuulgauit. Voltarius, vanitate, a quibus purgari disciplina debet.

### §. 13.

7) O. L. Eichmann de finibus iuris naturae iusto latioribus atque commodis ab accuratori illorum determinatione permanentibus. Duisb. 1753. G. S. MADIHN von den rechten Grenzen des Rechts der Natur. Halae 1767. D. Chr. Gottf. Körner Disq. quanti inter sit istorum iurisprudentiam naturalem ab uniuersali vi-

uendi norma distingui. Lips. 1779. I.  
F. FLATT vermittelte Versuche 1785. 8.  
G. G. Tafinger Progr. de fundamento separandi Iuris naturae et Philosophiae moralis ex diuisione officiorum petendo quaestio retractata. Erlang. 1788. 4. D. Gottl.  
HVFELAND Ueber den Grundsatz des  
Naturrechts, Lips. 1785. 8.

B

## §. 13.

Absit a me, notare interius veritatis studium atque eorum diligentiani qui ingenii et animi sinceritat eruere veritatem laborant. Hos tantum moneo qui minutias venantur, veritati constitueñdae haud proficua atque ad rem ipsam parum aut plane non pertinentes, qui rem quae bona tantum videtur nimis laudent, ut sententiam firmam omisso omni detimento, quod eam comitur, atque contra urgent detrimentum minimum, et praetereunt multa et innumerabilia bona, dummodo sententiam exterminari possint. Excurseret in latissimum campum oratio nostra si praecipuos tantum hujusmodi errores enumerare vellem,

## §. 14.

Non possum non monere etiam illos qui optime Iuri naturae consulere arbitrantur, si philosophando solum construant Iuris naturae Systema, neglectis publicarum rerum gerendarum regulis, et cognitione rationum tum ciuitatum tum gentium inter se. Accidit illis idem quod deprehendimus saepe in Iurisprudentia, in arte salutari et in oeconomia. In priori saepe neglecta rerum gerendarum cognitione causa perditur optima, in posteriori absque interiori aegroti cognitione, et experientia prudenti omissa coemeteria dantur funeribus, et in oeconomia Oeconomi Creditorum rationaria illustrant. Interiori enim rerum gerendarum cognitioni accuratas de illis notiones debemus, ex quo etiam conclusiones proficiscuntur certiores. Proutco eos, qui aliter sentiunt: Nonne de rebus, quae sub sensu cadunt et in quae interius licet inquirere notiones habemus claras et distinctas. Quales contra sunt nostrae de iis rebus, quae sub sensu minime cadunt, aut in quarum naturam interius penetrare ne conjectura quidem licet notiones?

Hypothesium et praeconceptarum opinionum agmen in his rebus irrupit Scientias, vt sapientissimus sincere profiteatur: quantum est quod nescimus! Ex quo patet, solidam et interiorem rerum, ad quas disciplinam applicare studeamus, cognitionem maxime necessariam esse, ad disciplinam accuratius definiendam et augendam. Laudandum itaque est eorum phili-

Philosophorum studium, qui in Iure naturae, in primis Iuris gentium causa rerum gestarum monumenta et interiore rerum publicarum cognitionem haud negligunt; qui Commentarios Lambertyi, du Montii, Rouffeti, Comitis d'Estrades, Colberti, de Croissy, Comitis d'Avaux, et auctorum publicorum in Germania collectores in primis Scripta Meierii, Leuchtii, Londorpii, Moseri, Reusii aliorumque voluntat ac reuolutant.

### §. 15.

Non possum hoc loco vrgere etiam errorem multorum: *qui rerum gestarum auxilio amplificari Ius naturae et gentium posse negant, non in principiis solum accuratis definiendis, ut breui ante dixi, sed etiam eo, quod occasione illarum rerum gestarum principia stabiliantur, quae nisi haec accidissent facta, certe non essent reperta philosophando.* En complamant aduersarii, en miseram philosophiam Ius e facili elicentem! At pace eorum dixerim, non ex facili Iura repetō. Cogitent velim, plurima saepe in rebus gerendis occurrere ex quibus nova disciplinae principia exsuffit, alias ea veterius extenduntur. Prouoco omnes qui disciplinam quae in viu fori, aut reipublicae, aut in arte salutari, aut in re agraria versatur, aut aliam exercent, certe nulli sunt testes, id fieri saepissime<sup>8)</sup>.

### §. 16.

Largum errorum fontem aperiunt illi, *qui ex Hypothesi sibi confingunt statum hominis naturalem, atque ex eo, aut alia hypothesi Iura sicut student deducere.* Etenim Ius naturae norma deber esse naturali homini ex principiis humanae rationis puris profecta, non ex consilio quodam statu, quem pro ingenii et animi morumque ratione quilibet sibi aliū, forsitan non sine ingenii acumine, fingere potest.

Quae tandem Iurium incertitudo inde proficeretur<sup>9)</sup>! Quale tibi, inquit, Ius naturae absque interiore hominis cognitione fingis? Humanæ B 2

8) Illustrat hunc locum K. I. WEDE-  
KIND *Von dem besondern Interesse des  
Natur- und Völkerrechts und des allgemei-*

*nen Staatsrechts durch die Vorfälle der  
neueren Zeiten* 1792. 8.

9) Notauit hoc iam pie mijii veneran-  
dus

nae quidem verae naturae studium et cognitionem plane non reprobo, longe vero ab eo differt, confingere sibi hominis et naturam et statum ea de causa ut iura inde eliciantur homini observanda, quae non nisi a priori, quod dicunt, deduci debent.

## §. 17.

Illis etiam, qui hominis inquirunt naturam primam et sinceram, absque hypothesi, cautio adhibenda est, ne hominem sibi exemplum proponant educatione rationibusque externis aut ferocitate a prima veraque natura avocatum atque fere disformatum. Possem hoc loco latius evagari li Grotii<sup>10</sup>), Hobbesii<sup>11</sup>), Puffendorfii<sup>12</sup>), Roussai<sup>13</sup>) aliorumque Philosophorum et Ictorum de hoc argumento hypotheses enumerare ac refellere in animo eset; at iam Hufeland V. Conf. hunc laborem non sine laude praecripuit<sup>14</sup>) adeo ut quaedam tantum ex iis, quae ante dixi, addi possint.

## §. 18.

Neque minus gravis error eorum est, qui ex viribus corporis, Ius naturae elicere stident. Sane hi varia miscent, Etenim e facili Iura petunt, deinde id, quod efficitur coactione cum iure ad cogendum, factorum efflusus:

dus D. C. F. Hommel, in Proposito de novo systemate Iuris naturae et gentium. Lips. 1747. nec non in diff. Ius mundi vniuersale 1763. 4. et V. Magn. CAESAR. Von den Hindernissen, welche der Bearbeitung des Naturrechts entgegen gestanden, in dem Leipz. Magazin für Rechtsgelehrte 1. Jahrg. 6. St. V. Conf. HUFELAND Verfuch über den Grundatz des Naturrechts p. 178. seq.

10) Hugonis Grotii de Iure belli et pacis lib. III. Par. 1615. 4. ed. opt. Lausanne 1751. 4.

11) Thom. Hobbes de ciue. Amst. 1647. et Genevae 1742. 12. et in Element-

tis Philosophiae Sect. 3. Paris 1642. 4. Ejusd. Leviathan etc. London. 1651. et latine Amstel. 1667.

12) Samuel Puffendorf Elementa Iurisprudentiae vniuersalis. Hag. Com. 1660. 8. Ejusd. de Iure nat. et gent. libr. VIII. 1672. 4. et Lips. 1744 et 1759. II. T. 4. Ejusd. de officio Hominis et ciuii lib. II. Lond. Scan. 1673. 8. praeceipe cura Treueri 1717.

13) Discours sur l'inégalité parmi les hommes v. Oeuvres T. I.

14) in Versuch über den Grundatz des Naturrechts 1785. p. 187. seq.

Etus cum fundamentis e morum praeceptis petendis, miscent. Pertinent huc omnes qui Ius fortioris vbiique vrgent<sup>15)</sup>.

§. 19.

Eundem incident in errorem qui ex ingenii animique facultatibus, si quis alter, alterum iis antecedit, Iura extorquere laborant. Namque et si quis astutia aliquem in iure suo circumvenit, eo id factum legitimum haud efficitur, nec ex eo ius repeti potest.

§. 20.

Absit a Iuris naturalis doctore: *miserere Ius naturae strictum et absolum et Iura homini in statu naturali competentia quaelibet.* Sane multa discerni debent, nisi disciplinarum ratio et perfectio eo turbare velimus. Separunt itaque Iura et officia perfecta externa ab imperfectis, illa, quæcumque causa incident, praeflari debent ex regula sine exceptione, ideoque coactione externa exigi possunt; imperfecta vero ab externa coactione libera sunt. Illa solum Jurisprudentia naturalis sibi vindicat, haec alii disciplinae relinquere natura poscit, quæ exculta nouidum videtur, quæ Philanthropicam dicere, quæ et aquitatem, et amorem hominum commendat. Ab utraque disciplina distinguendum est, quod decorum hominis erga hominem dixerim, quod a Philanthropica differt in eo, quod haec in officiorum imperfectorum praefallatione ipsa occupatur, illud in modo et ratione praeflandi officia et perfecta et imperfecta, et agendi veratur. Tandem etiam memoranda est Politica hominum, quæ ex mediis pluribus promouendi Iura sua licitis optimum eligit; quæ etiam in officiis et perfectis et imperfectis locum habet. Quæ nisi satis separantur disciplinae, fieri non potest, quin confusio principiorum et interdum con-

tra-

15) Nollem ut credat quisquam me h. l. vbi de factis loquor me ipsum refutare, ratione corum quæ supra §. 14. dixi, ibi enim de factis loquor, quæ occasionem praebent propositionis accuratiæ definiendae aut augendæ aut inueniendæ, adhibitis iuris principiis, notis quidem, at non satis definitis, aut si ex collatione harum factio quodam excitata nouum principium oratur.

tradictio inter ea oriatur, et disciplinae ipsae perfectionem nunquam consequantur. Accedit etiam quod in collatione officiorum haud possumus definire, quam sequi regulam debeamus.

Ideo etiam non possum a me consequi ut Kantii Viri cacteroquin flictoris ingenii, philosophiam in Iure naturae plane probem, sive moralitatis quam dicunt principium in vniuersum species: *Handle so das deine Maxime zugleich als allgemeines Gesetz für alle vernünftige Wesen gelten könnte s. vt proprius definitur: Behandle die Menschheit weder in dir noch in andern als bloßer Mittel, sondern immer als Zweck<sup>16</sup>;* sive Iuris naturae proprium consideres: *Behandle die Menschheit in andern nie als bloßes Mittel<sup>17</sup>.*) Etenim in illo priori nihil definitur, nam illa quaestio: quonamodo veterius semper definienda est, altera enunciatio quae aliqua ex parte magis definita est, pluribus causis decidendis non sufficit neque iis fati confat. Posteriorius principium, Iuri naturae proprium, veterius patet quam fines hujus iuris permittunt<sup>18</sup>). Occurrunt pernultimae causae in quibus licita ratione homine tamquam medio uti possum, adeo ut si adverſaretur alter, iniquus esset et inhūmanus; quidquod saepe iniustus; ego vero ipsum minime laederem. Tinas hominem in statu naturali ex lumine, re ratione domini, nullius, ratione v̄s, communis margaritas legere, ipse eum casu obferuo aliquando, atque quoniam ex eo lucrum quoddam spero, etiam id consilii capio, et Flumen adeo legendarum margaritarum causa; hic homo iam mihi est medium, quo innotere margaritae nec ratione quidem illicita; nam nec clanculum vestigia eius persecutus sum, neque astutis quaestionebus eruere id studui; illius exemplo id consilium perfsequor. Quid si ille id concedere noller, et vi impedita fuderet? Iniustus absque dubio est; ipse ego vero minime eum laedo, licet medio usus sim ipso eo; et huiusmodi cause plures sunt; iniquitatis, vero pluri-

16) KANTS *Metaphysik der Sitten*  
p. 64.

17) D. Schmalz V. Cons. das reine  
Naturrecht p. 19, 20, 23 et 26.

18) In Elementis Iuris naturae quibus  
elaborandis iam occupatus sum, magis uti  
quidem videtur aptum, et quantum scio,  
nondum propositum exponam principium  
Iuris naturae stricti.

plurimac. Deinde etiam circulus mihi in eo videtur esse, homine tanquam medio non licet uti, quoniam finis est. Finis enim saepissime medium evadit, cui non tot fines intermedii succurrunt? Et vidi mus in exemplo absque omni laetione me homine posse tanquam medio vti, quod etiam vel centum alis illustrari potest. Itaque non necessario sequitur ex eo, quod elicere studet, et petitio principii incidere videtur. Lubenter interea audiam qui meliora me docet, etenim tam arrogans non sum, vt me errare non posse credam. Deinde etiam rebus agendis mihi, non satis conuenire videtur Kantiana de Iure naturae philosophia.

§. 21.


Alios in tractando Iure naturae errores, quos Vir Conf. Hufeland, iam notauit vterius hic non perseguor. Huc speclat commixtio quaestio-  
num quarum altera fundamentum coactionis, altera, vnde veniat, vt  
omnes coactio-  
ne vtantur. Animaduertit etiam in illos, qui ex metaphoris  
et vocibus minus aptis iura petierunt: ideoque nec eos vrgeo, qui ex di-  
versitate opinionum de moralitate eiusque obiecto generali, nec non ex  
comixtione Iuris naturae originarii, quod dicunt, cum Metapolitica, vti  
etiam diuersarum classium principiorum et officiorum positiorum et nega-  
tivorum, nec non ex diuersis modis coactionem illam inueniendi et pro-  
bandi oriuntur.

At sufficiant haec, vocat enim me grati animi sensus. Placuit SERE-  
NISIMO PRINCIPI ELECTORI FRIDERICO AVGVSTO Patriae Pa-  
tri Indulgentissimo Eiusque Amicis rerum Saxoniorum moderatoribus sapien-  
tissimum Professionem Iuris Naturae et gentium Publicam ordinariam mihi be-  
nignissime demaadare. Quod quidem manus nostra in primis actate gra-  
vissimum, mihi duco honorificissimum, ideoque pietatis sensus declarare  
et vota ardentissima pro Serenissimo Principe Electore et viuera, Domo Au-  
gusta Illiusque Amicis suscipere vehementer cupio. Quo quidem officio  
oratione: *De meritis Iotorum Lipsiensium de Iure naturae et Gentium*  
perfungar a me die VII. Augusti in Auditorio Illustris Iectorum ordinis,  
habenda.

Ad

Ad quam beneuole audiendam vt *Vox*, *Rector Academiac Magnificus*,  
*Princeps Hassiae Hereditarie Serenissime, Comites Illustrissimi, Doctores et Pro-*  
*fessores Celeberrimi et Clarissimi, Vox denique Commilitones Generosissimi et*  
*ornatissimi conuenire atque illustriorem hanc reddere velitis solennitatem,*  
*omni' qua' fas est pietate et humanitate rogo, Scripsi in Litterarum Uni-*  
*versitate Lipsiensi Dominica X post Trinitatis A. Ch. N. ccccclxxxix.*





Leipzig, Diss; 1793

ULB Halle  
004 350 43X

3




f TA-202

hier Seite 6. bisher vermisst

KDP





1793, 24

DE CAVTIONE  
IN  
TRACTANDO IVRE NATVRAE  
NOSTRA IN PRIMIS AETATE  
MAXIME NECESSARIA.

ORATIONI  
AVSPICANDI MVNERIS

CAVSA

A. D. VII. AUG. CCCLXXXIX.

H. L. Q. C.

HABENDAE PRAEMISIT  
CAROLVS GOTTLLOB ROESSIG

TUR. UTR. ET PHIL. D. IVRIS NATVRAE ET GFNT. PROF. PVBL. ORD. DES. PHILOS.  
P. F. E. SOCIET. HASSO-HOMB. BAV. BVRGHVS. HOLM. SVEC. ERFVRT.  
MOIVNT. SOC. OECON. LIPS. ET APIARIAE LVS. MEMBRVM HONOR.

LIPSIAE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA.